



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

54 Et, quomodo in Italia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Iem institutionem legis, vel canonis im-⁵¹ cura cada verum, qui hominem ubi pri-
mutare, cap. sic quidem & ibi Archid. &
Præpos. num. 2, 10, quest. 1, l. nemo potest
& ibi Bar. num. 1, & ff de leg. 1, & dicta
gloss. in ver. interdici. & Bald. in d. auth.
licet C. de Epif. & cler. Vt in simili vide-
mus, testatorem non posse disponere,
ut contra communem Ecclesie usum cor-
pus suum sepeliatur.

48 Ideò, tūm cadavera snt ecclesiasti-
cæ sepultura juxta pium Ecclesie ritum,
cum psalmis tantummodo, & psallen-
tium vocibus deferenda, ut c. qui divina
13, quest. 2.

49 Si quis testator t aliter mandaret, ut
scilicet, cum tubis, & cantibus profanis,
aut aliter contra communem, & piam
Christianæ sepultura consuetudinem se-
pulchro traderetur, ut dispositus quidam
docto, qui mandavit, cadaver suum se-
peliri cum tubis, & indui familiam suam
de rosato; talis dispositio esset bestialis, &
non servanda, ut inquit Paul. de Castr.
in l. non oportet C. de his, qui, ut indign.

50 Qui verò divina vocatione t ab hac vi-
ta recessunt, cum psalmis tantummodo,
& psallentium vocibus debent ad sepul-
chra deferri. Nam funebre carmen profa-
num, quod vulgo defunctis cantari solet,
vel in pectoribus se, aut proximos, aut
familias cedere, est omnino prohibitum,
sufficit autem, quod in spe resurrectionis
Christianorum corporibus famulatus di-
vinorum impenditur canticorum: Reli-
giofis aliter fieri est prohibitum, & sic
Christianorum per omnem mundum
humari oportet corpora defunctorum,
concil. Toletan. 3, cap. 22, & cap. qui di-
vina, 13, quest. 2.

Magna fuit apud antiquos Christianos

mùm mortuus fuerat, lavabant, Ad. 4.
post. cap. 9. Euseb. lib. 7, cap. 22, & super
cadavera plangebant: curaverunt Ste-
phanum viri timorati, & fecerunt plan-
ctum magnum super eum, Luc. Ad. cap.
5, Et Apostolus Paulus plorantes super
mortuos spe resurrectionis consolaturad
Thessalon Epist. 1, cap. 4, &, consuetu-
dinem super mortuos lugendi antiquam
esse testatur, Orig. lib. 3, in Iob & D.
Hier. in Ep. ad Euseb. de obitu Paula, t La-
cædemonibus erat mos mortua homi-
num corpora lugendi diebus undecim, l.
Licurgus tempus prænitum Io. Boem. de
moribus om. gen. lib. 3, c. 3. sub fin. Tartari
tricesimo die in funeribus luæcum finiunt.
Idem l. 2, cap. 10, ut etiam Germani, qui
tamen mortuo ter justa persolvunt, pri-
mo videlicet die, septimo, & tricesimo,
Idem lib. 3, cap. 12, circa fin. t apud Aegyptios,
ubi aliquis defunctus est, pro-
pinquos omnes, & amici Dei turpato lu-
to capite lugentes civitatem, quod
mortuus sepeliatur, circumeunt interim,
neque lavantur, neque vinum capiunt,
aut cibum, nisi vitem, nec vestibus utun-
tur splendidis, aliaque habent in curando,
& sepeliendo cadavera instituta, ut
non minus singularia sint, quam admi-
randa, idem lib. 1, cap. 5, circa fin.

Talis enim Assyriorum luctus in fune-
ribus, qualis est apud Aegyptios in Italia
quoque, t & apud Christianos defun-
ctorum exequiæ diverso licet more luge-
antur; alijs enim ueste lugubri obvoluti
magis, quam uesti mortuum vario die-
rum ordine luctu prosequuntur, alijs la-
mentabili fletu cadavera sepultura tra-
dunt. Nec certè negari potest, triste,
&

& lugubre admodum spectaculum esse & multos dies post lugubri planctu miserabilem cadaver intuemur exangue, immobile, foetidum, escam paulo post vermis futurum, quod paulo ante animatum, mobile, agile, & ad omnia operanda idoneum videbamus: ideo non virtio dandum, si propinquorum, aliorumve, quos diligimus, mortem doleamus, cum propter pietatem mortuos lugere non prohibeamur, & nobis in hac re manifesta tradita fuerint exempla à sanctissimis viris compluribus, quos in sacris litteris amicorum, & propinquorum mortem doluisse, & plorasse, legamus. cap. ubi cunque, §. hoc autem, & ibi gloss. infin. q. 13.

55 Fili, t̄ inquit Ecclesiastes, in mortuum, produc lacrymas, & quasi dira passus, 60 incipe plorare, & secundum judicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam ejus, Idem Eccles. cap. 38, num. 16, & supra mortuum plora, deficit enim lux ejus, idem ecclesiast. cap. 22.

56 Ideo t̄ lugebat populus Israëliticus, Moysen diurno 30, dierum planctu, Deut. cap. ult. circ. fin. obitum Saulis, ita Rex David est contristatus, ut aeternam posteritati sanctæ in hostem charitatis memoriam reliquerit 2. Reg. cap. 1. idem super tumulum Abner lacrymarum vim maximam fudit, ibid. c. 3. circ. fin. in morte vero Absalonis, quo ejulatus emiserit, testatur scriptura, ibidem cap. 18. & 19.

57 Commendata fuit Resphæ t̄ concubinae pietas, ob pium in cadaver Saulis officium præstitum, ibidem cap. 21, circa med. longo fletu sepulturæ traditus fuit Iudas Machabæus ab universo populo,

& multos dies post lugubri planctu miserandum tanti viri interitum deplorabant, 81, Machab. c. 9. cir. med. & unicuique videlicet filius adolescens vita functus ad matris fletum fuit à Christo à mortuis excitatus, Luce cap. 7, ac una cum Martha, & Magdalena sororibus t̄ lacrymatus Jesus ad sepulcrum Lazari fuit visus lacrymari, Ioan. cap. 11, qui tamen non flevit Lazarum mortuum, sed ad vitæ hujus ploravit & ruminas resuscitandum, cap. qui divina 13, quæst. 2, & Durand. de mod. gen. conc. celebr. rubr. 6, nu. 2, Ceterum, si in hujusmodi fletibus, ac lacrymis, modum excedemus, non mediocrem virtutem notam nobis ipsis incurrimus.

Hinc t̄ Ecclesiastes, cap. 22, Modicum inquit plora super mortuum, quoniam requievit. Ideo eorum mos maximè est improbandus, qui putant nobiliorum defuncto honorem præstari, quo altiores ejulatus emituntur, vel luctus per dies multos fit productior. Vnde D.

Ioan. Chrysost. t̄ honor, inquit, mortuo non est fletus, nec ejulatus, sed hymni, psalmi, & optima, & tamen pluribus in locis ante publicationem sacri conc.

62 Trid. usus receptum vidi, t̄ quod defunctorum, universa vicinia, & familia conflabat, ubi circum cadaver maximo cum clamore, & ejulatu circumstabat, & deinde illud in ecclesiam mulieres præcipue linteo oblongo capite contestæ lugubri planctu altis vocibus clamando, & flendo comitabantur, ubi deposito feretro, dum per sacerdotes justa de more sunt defunctorum clamores, & planctus cum sacerdotum cantu permixti continuabant, usque dum cadaver sepulcro conderetur, crines